

VII. *De Sectione Anguli, Autore A. de Moivre,  
R. S. S.*

**I**Neunte Anno 1707, incidi in Methodum quâ,  $\Delta$ -quatione datâ hujus formæ.

$$ny + \frac{nn - 1}{2 \times 3} Ay^3 + \frac{nn - 9}{4 \times 5} By^5 + \frac{nn - 25}{6 \times 7} Cy^7$$

&c. =  $a$ ,

Vel istius,

$$ny + \frac{1 - nn}{2 \times 3} Ay^3 + \frac{9 - nn}{4 \times 5} By^5 + \frac{25 - nn}{6 \times 7} Cy^7$$

&c. =  $a$ ; ubi quantitates A, B, C, &c. repræsentant Coefficiētes Terminorum præcedentium, Radices determinavi ad hunc modum.

Posito  $a + \sqrt{aa + 1} = v$  in primo casu.

$a + \sqrt{a a - 1} = v$  in secundo.

$$\text{Erit } y = \frac{\frac{1}{2}}{\sqrt[n]{v}} \sqrt[n]{v} - \frac{\frac{1}{2}}{\sqrt[n]{v}} \text{ in primo casu.}$$

$$y = \frac{\frac{1}{2}}{\sqrt[n]{v}} \sqrt[n]{v} + \frac{\frac{1}{2}}{\sqrt[n]{v}} \text{ in secundo.}$$

Solutiones autem istæ insertæ fuerunt in Philosophicis Transactionibus, Num. 309, pro mensibus Jan. Feb. Mart. ejusdem anni.

Jam quibus perspectum erit quo artificio Formulae istæ inventæ fuerint, his procul dubio patebit aditus ad demonstrationem sequentis Theorematis.

Sit

( 229 )

Sit  $x$  Sinus Versus Arcus cujuslibet.

$t$  Sinus Versus Arcus alterius.

I Radius Circuli.

Sitque Arcus prior ad posteriorum ut  $1$  ad  $n$ , Tunc, assumptis binis Aequationibus quas cognatas appellare licet,

$$1 - 2z'' + z^{2n} = - 2z't$$

$$1 - 2z + zz = - 2zx.$$

Expunctoque  $z$ , orietur Aequatio qua Relatio inter  $x$  &  $t$  determinatur.

### C O R O L L A R I U M I.

Si Arcus posterior sit Semicircumferentia, Aequationes erunt.

$$1 + z'' = 0$$

$$1 - 2z + zz = - 2zx.$$

e quibus si expungatur  $z$ , orietur Aequatio quâ determinantur Sinus Versi Arcuum qui sint ad Semicircumferentiam, semel, ter, quinquies, &c. sumptam, ut  $1$  ad  $n$ .

### C O R R O L L A R I U M II.

Si Arcus posterior sit Circumferentia, Aequationes erunt

$$1 - z'' = 0$$

$$1 - 2z + zz = - 2zx.$$

e quibus si expungatur  $z$ , orietur Aequatio quâ determinantur Sinus Versi Arcuum qui sint ad Circumferentiam, semel, bis, ter, quater, &c. sumptam, ut  $1$  ad  $n$ .

### C O R A L L A R I U M III.

Si Arcus posterior sit 60 Graduum, Aequationes erunt

$$O \circ$$

$$1 -$$

( 230 )

$$1 - z'' + z^{2n} = 0$$
$$1 - 2z + zz = - 2zx.$$

e quibus si expungatur  $z$ , oriétur Aequatio quâ determinantur Sinus Versi Arcuum qui sint ad Arcum 60 Graduum.

per  $\{1, 7, 13, 19, 25 \&c.\}$  multiplicatum  
ut 1 ad  $n$ .

Si Arcus posterior sit 120 Graduum, Aequationes erunt

$$1 + z'' + z^{2n} = 0$$
$$1 - 2z + zz = - 2zx.$$

e quibus si expungatur  $z$ , oriétur Aequatio quâ determinantur Sinus Versi Arcuum qui sint ad Arcum 120 Graduum.

per  $\{1, 4, 7, 10, 13 \&c.\}$  multiplicatum  
ut 1 ad  $n$ .

Novemb. 15.

1722.

VIII. An